

L E S

REPONS DE LA MESSE.

le Prêtre. **I** Ntroibo ad altare Dei.

le Clerc. **I** Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

le Pr. Judica me, Deus; & discerne causam meam de gente non sanctâ, ab homine iniquo & doloso erue me.

le Cl. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

le Pr. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.

le Cl. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.

le Pr. Confitebor tibi in citharâ Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.

le Cl. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & Deus meus.

le Pr. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

le Cl. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

le Pr. Introibo ad altare Dei.

le Cl. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.